

die XIV. Martii, è theatro huJus mun-
di avocaret , placuit & Magnifico &
Amplissimo Senatui , & Tibi , ut per
unanimum planè consensum , Anno
1694. die V. Septembr. Physicus hujus
Reipublicæ eligerer, Tibique ut Col-
lega adjungerer. **Q**uo ipso denuò
pro Benevolentia Tua , Tibi obstri-
ctus fui.

Cum èrgò omnia hæc haëtenus
recensita, mente mea mecum Volvo
ac revolvo,& qvomodo in Variis in-
super Morbis tam fidelissimè mihi
adfueris,sat prægnantes reperio cau-
fas,qvæ me movent,ut & publicè tot
varia planè singularis Tui in me affe-
ctus *Τεκμήρια* meritis efferam laudib⁹.
Hinc semper occasionem , gratisi-
mum meum contestandi animum
qvæsivi, sed non sum naëtus., nisi
illo tempore qvo Magnificis DNN.
CONSULIBUS DN. ANTONIO
WINCKLERO, J.V. Doct. Cele-
berrimo , & p. m. DN. HIERO-
NYMO à DORNE , Præsidibus,
itemq; DOMINIS, Dn. D. JOACHIMO
à DALEN , Nob. nec non Dn. D.
SEBASTIANO GERICKEN , *Jctis*
Clarissimis, Pharmacopæorum nostro-
rum Præfectis fulgidissimis , visum
fuit ac probatum, ut Catalogus Me-
dicamentorum in officinis nostris
venalium recuderetur. **Q**væ cura
cum mihi committeretur, statim ani-
mo deliberavi, an non tam in Civium
qvam extraneorum Medicorum
ūsum ejusmodi Traëstatus minorem
in

35